

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

Tab. XLVII. *Cortracensis*, cuius cura nummus prodiit, visuntur. Priora duo scuta lauri ramis, quos dictæ manus una cum corde ardente complecti videntur, marginata, & corona regia fastigiata sunt. Additur in peripheria hemistichium: FÆDERA IUNGXIT (*errone scilicet pro iunxit*) AMOR ANNO 1679.

Est hic quoque nummus eiusdem cum duobus prioribus, ut facile intelligitur, argumenti. Quartum nummum, eadem occasione signatum, in suas tabulas retulit HERÆUS, cuius pars antica huic nostro ex amissi respondet, nisi quod præterea supra laudati sculptoris nomen ROETTIERS adiiciatur: postica vero eadem est, cum postica numeri præcedentis. Quare ab eius designatione abstineri posse visum est. *V. L. l. c.*

XVI.

Tab. XLVIII. CAROL. II. ET. LVDOV. ICA D. ei G. ratia HISPA. aniarum ET. INDIARUM REGES. Effigies Regis & Reginæ, obversis vultibus, sub corona regia. In segmento annus æræ Christianæ 1680. media manu Antverpiensi observatur.

In aversa ramus olivæ & aristæ, in decussim positæ & connexæ, adiecto in peripheria hemistichio: PACIS SOBOLISQVE. PROPAGO.

Nummus honori novi sponsi & sponsæ datus. Nam hoc anno demum receptam e Galliis uxorem suam ingenti pompa Rex CAROLUS in regiam sedem introduxit (a). Ramum olivæ pacis, aristam fecunditatis symbolum esse notum est. *Ib. p. 272.*

(a) Holl. Mer. 1680. p. 1--5.

XVII.

CARO.
LUS II.
HISPAN.
REX.

CAROL. II. D. ei G. ratia HISPA. aniarum ET. INDIAR. um REX. 1681. Rex cataphractus, cum pileo cristato in capite, ex quo incitato vehitur, dextra parazonium tenens, sin. frenum, retro volitante paludamento.

PACE. DATA. HÆC. DET. CONNEXIO. FRVCTVM. Rosa Anglica iuncta cum virgula oleaginea, quam duæ manus amplectuntur, sub quibus abundantiae cornu iacet. Adscribitur desuper: PAR. ET IMPAR.

Rex Galliæ, pace Neomageni facta, novam statim rei gerendæ materiam quærens, cum vicinis ita agebat, ut si gereret inimicitias. Regem Hispaniæ coegit se abstinere titulo *Ducis Burgundiæ* (b), qua ipsa scilicet Neomageni pace fuisset privatus. Villas & oppida circumiacentia cepit, caußam interserrans: ea ad urbes pertinere, per pacem ipsi traditas. Ergo his conatibus resistendum ratus CAROLUS, fœdere sibi Regem Angliæ adiunxit, qui, pacem cum conciliasset, curam quoque eius conservandæ agere debebat. *Ib.*

p. 275.

XVIII.

CAROLVS II. D. ei G. ratia HISPA. NIARVM. ET. INDIARVM. REX. 1682. Imago Regis integra aduersa. Gerit in capite coronam regiam. Pectus armatum, cinctum aurei velleris torque. Amictus est patagio, pelle munito, & pallio. Dextra manu sceptrum protendit, sin. globum tenet, notissima Regum insignia.

(b) Ibid.

b

CARO.
LUS II.
HISPAN.
REX.
gnia. Denique pede dextro insitit leonis, qui est *Hispaniae* symbolum, capiti: id quod supremam CAROLI in illud regnum potestatem denotat.

MARIA. LVDOVICA. DE. BOR-
BON. D. ei G. ratia HISPANIA-
RVM. ET. INDIARVM. REGINA.
1682. In segmento i. b. FI-
SCHER. F. ecit.

Regina itidem coronata, pectorali, stola, & palla amicta, sceptrum dextra tenet.

Hoc numismate, maximi moduli, iconico, Rex bene defemerentes donasse videtur. M. Imp. ex a. fus.

XIX.

CAROLVS II. D: ei G: ratia
HISP. aniarum ET IND: iarum
REX. Effigies Regis fere ut
num. i. dextrorsum tamen versa.

In postica leo in pedes erectus, sagitta Iæsus, duabus insuper aliis ipsi intentatis. Admititur in peripheria hemistichium a ex VIRGILIO (a) desumptum: DOLOR ARMAT IN HOSTES.

Quo loco Galli pacis *Neomagensis* leges habuerint, diximus hic supra num. XVIII. Cum ergo Luxemburgum anno 1682. corona cinxissent, & anno insequenti eandem urbem, cuius obsidionem solverant, Ducatumque cognominem ab Hispanis frustra peterent, atque adeo hostiliter invaderent: Marchioni de *Grana*, Belgii Gubernatori, negotium datum est, vim b vi repellendi (b); atque Rex Gallis bellum, quamvis invitatus, denuntiavit, id quod

(a) Aeneid. x. 398.

(b) Holl. Merc. ab an. 1680. ad 82. Vita LU-
DOV. XIV. supralaud. tom. i. p. 101. seq.

præsens numisma testatur. Ibid. Tab. XLVIII.
p. 281.

XX.

CAROLVS. II. D. ei G. ratia
HISP. aniae NEAP. oleos REX. Scutum
Hispanicum coronatum.

In postica globus terrestris, cui cornu abundantia impositum, cum fascibus Romanis, symbolo supremi dominii: omnia teguntur corona regali. Admititur perigraphe: HIS. VICI. ET. REGNO. Porro ipsi globo nota temporis 1684. impressa est, & in area a dextris sigla A.G.A.

Cur Cl. D. VAN. LOON hunc nummum ad annum 1687. re-tulerit, non video. Lucidissime enim annus 1684. in eo appareat. Est Neapolitanus, apud VERGARAM quoque occurrens (c), ubi vero annus 1686. cernitur, qui repetitionem nummi indicat.

Ceterum annus hic funestus potius Regi, quam felix fuit; cum Galliæ Rex Luxemburgo cum adiacentibus villis pacis tempore fuisset potitus. Satis tamen habuit Rex CAROLUS tranquillasse res regni sui, induciis factis xx. annorum. M. Buol. ar. pond. i. dr. i. den. ♂ V. L. l. c. p. 325.

XXI.

CAROLVS REX HISPANIE
DVXIT ANNAM NEOBVRGLÆ.
Chronogramma añum MDCLXXIX.
exprimens. Protomæ Regis & Reginæ obversis vultibus, cippo impositæ: ille armatus apparet, hæc stolata, antiquorum ad in-

(c) Monet. di Napol. p. 230. num. 8.
edit. in fol.

Tab.
XLVIII. instar. In imo nomen artificis legitur: PH. ilippus R. ottiers f. ecit.

In aversa duo scuta, Regis & Reginæ insignia complectentia, corona regia tecta, a duobus geniis, singulos myrti ramos tenentibus, stybolatæ imponuntur, cui præter parvam cum leone *Flandrico*, hæ quatuor siglæ inscriptæ sunt: *senatus populus que Gandavensis*, qui scilicet numisma honoribus Regis & Reginæ tribuerunt, una cum voto, quo iis heredem optant, quodque hoc versu, in margine posito, exprimitur: INFANTES. MARI. & ANNA. DABIT QUOD. GANDA. PRECATVR. In imo annus æræ Christianæ, MDCLXXXII. legitur.

Rex cum hoc anno primam coniugem præmatura nec opinata morte amisisset, nec ex ea liberos haberet, de herede regnis dando sollicitus, petuit in matrimonium Electoris Palatini filiam MARIAM ANNAM: qua facili negotio impetrata, sponsalia præsenti Imperatore LEOPOLDO & eius coniuge *Neoburgi* die XXVIII. Augusti, Regis Hispaniæ vices fungente IOSEPHO Hungariæ Rege, fuerunt solemni ritu celebrata. Hinc nova Regina per Belgium iter faciens, in Liburnam Anglicam ascendit, atque anno 1690. Hispaniæ oras attigit. Huius matrimonii caussa & hic & proxime sequentes nummi fuerunt cusi. In quibus recensendis ordinem a D. VAN LOON servatum retinimus, quamvis, ut nunc primum advertimus, mul-

TOM. II. P. I.

to accuratio rem admisissent, immo exigissent etiam. V. L. LUS H. Hispan. loc. cit. p. 433.

CARO.
REX.

XXII.

Adversa huius numismatis pars num. i. respondet.

In aversa ager, segete secundus, cernitur, pluvia ubertim rigatus. Adiecta perigraphæ ex *Psal. LXX. v. i.* defumpta: IN TE DOMINE SPERAVI. Quo quidem symbolo spes & votum exprimitur, de fecunditate uxoris conceptum. *Ib.*

XXIII.

MAGNVS REX CAROLVS EV-
ROPÆ VIINDEX. Chronogramma continet annum MDCLXXXI. tanquam indicem nummi percussi. Caput Regis nudum ad levam conversum.

ORIATVR EX TE INFANS
AVGVSTVS DELICIÆ GENERIS
HVMANI. Chronographicum eundem annum significans. Caput Reginæ ad levam respiciens.

Eiusdem hic nummus cum præcedenti argumenti est, quamvis anno primum 1691. signatus. *Ibid.*

XXIV.

Adversa capita iugata Regis & Reginæ exhibit, adiecto in margine chronogrammate: DIV VIVITE INCOLVMES REX ATQVE REGINA, id quod annum 1690. quo scilicet matrimonium consummatum fuit, exprimit.

In aversa CUPIDO inserit myro surculum. Ad radices arboris

H h



CARO-
LUS II.
HISPAN.
REX.

boris arcus eius iacet ; ac insuper turtures adstant , VENERIS alites. Additur in ambitu versus : IRRADIANTE DEO DABIT HÆC CONIUNCTIO FRUCTUS.

Ibid.

XXV.

CAROLVS. II. HISP. *aniarum* MONARCHA. MARIA. ANNA. ELECT. *oris* FILIA. Effigies adversæ Regis & Reginæ. Ille armatus est , ac ordinis aurei velleris tessera insignis , hæc cum stola, pellibus fabellinis munita, apparet, capite venuste exornato. In imo monogramma sculptoris M B (*Meybusch*) observatur. *T. H.*

XXVI.

Adversa huius numismatis præcedenti respondet , uno excepto monogrammate artificis.

In aversa cernis duas feminas stolatas , quarum altera coronam in capite, & sceptrum dextra gerens , *Hispaniam* ; altera cornu copiæ tenens , *Palatinatum* designat, ut apparet ex scutis additis , aræ quadratae afflentes , in qua duo corda ardentia ponunt & iungunt. In altero littera c , id est CAROLUS : in altero litteræ MA , id est MARIA ANNA , leguntur. In fronte aræ hæc inscripta :

MEM. *oria* II. DESP onfationis CAR. oli II. HISP. *aniarum* MON archæ ET MARIE AN. næ EL. ectoris PAL. atini F. ilie PRÆSENT. e AVG. LEOPoldo ET MATH (pro MATRE) SERENissima IOS. ephoque I. REGE. HVNG. aria FE: lici OMINE ET SINGVLari POMPA

NEOB. *urgi* CELE. brata. 28. Tab. XLVIII.

AVG. *usti* Meybusch. F. ecit. Supra aram Hymen volitat, accendens tædam suam e radiis, litteram L , quæ nominis LEOPOLDI initium facit , cingentibus. Addita est inscriptio metrika : HIS INSTAURATIS FLAMMIS NON PERDITUR ORBIS.

Qua adluditur ad incendia, rapinas, cædes, strages, quibus Palatinatum ante hac crudelissime Galli devastaverant. In margine denique exteriori chronodistichon legitur , epocham sponsaliorum sistens :

FAVSTA DIES QVA IVNGLITVR ANNA MARIA QVIPPE FERET SOLES HÆC TIBI IBERE NOVOS. M. Imp. ar. pond. I. unc. 3. dr. Item ex a. & pl. M. Buol. eiusdem fere pond. V. L. l. c. p. 433.

XXVII.

CAROLVS. ET. MARI = a ANNA. REX. ET. REGINA. Capita iugata utriusque , dextrorum posita.

In area aversæ sequens hexametron legimus : GANDAVOVET REGI REGES COMITES QVE DVCESQVE 1689. Sine dubio Gandavenses suos numeros percusserunt , cum nova Regina Belgium transfiret. V. L. loc. cit.

XXVIII.

CAROL. us II. D. ei G. ratia MISp. *aniarum* ET. IND. *iarum* REX. Protome CAROLI armata , & ordinis aurei velleris insigni ornata, capite corona tecto , & ad lœvam converso. In imo

